

plerisque varie legitur, ut patet ex versionibus. Tamen accommodatissime legendum est cum Syriaco. Eris homines ad vitam capiens, nam in piscatione naturali piscis dum piscatur, moritur: at in hac spirituali piscatione, non ad mortem, sed ad vitam ex hac mundi aqua extrahitur homo. Et dicitur Petro, Eris homines capiens, ut notat D. Bonaventura, non aurum, non dignitates, sed homines, 1. Corinth. 12. n. 14. Non quare, quae vestra sunt, sed vos. Ad Philipp. 4. n. 17. Non quare datum, sed fructum abundantem in ratione vestra. Et dum haec verba dicuntur Petro, ut notat D. Augustinus, supra citatus, Beda, D. Bonavent. Hugo & alii ac dixi quasi. 1. nondum in Apostolatam eligitur sed praedicatur, quod postea sit diligendus. Quare Deus ad hoc munus Evangelicum vocavit piscatores? satis explicabitur inferiori capite.

Syriacus.

Bonavent. 2. Cor. 12. Ad Philip. 4.

August. Beda. Bonavent. Hugo. Prædicator, non aurum sed animas quarat.

QUESTIO XVII.

An oratio Petri fuerit exaudita?

113. Deprecatus est Petrus Exi a me, quia homo peccator sum, & tamen Dominus non recessit ab eo; ac proinde ejus petitioni non annuit Christus. Respondet primò Tolletus, & ad litteram, annot. 14. Si petitionem, in se ipse consideremus, non esse exauditam, petebat enim à Christo, ut ab eo exiret; quod tamen Dominus non fecit. Si tamen finis, & intentio petitionis attendatur, maximè exauditus est Petrus. Deprecabatur, Christum à se exire, ea intentione, ne quid mali ob suam indignitatem præsentia Domini pateretur. Et hoc maximè impetravit: nihil enim detrimenti est passus, nec submersione oppressus, sed cum Christo magna securitate est munitus, & multis dominis exaltatus.

Tollet. Finis orationis exauditi.

114. Glossa. Beda. Hugo.

Secundò Glossa, Beda, Hugo, Non recedit Iesus, ait, quamvis Petrus dixerit: Exi a me Domine, sed Dominus ab eo non recedit, sed ad litus producit, id est, ad soliditatem fidei. Sæpè Dominus nostris petitionibus non annuit ob nostrum bonum. A Petro deprecante separationem, non recedit Dominus, sed ad soliditatem fidei producit, ad hoc ut mereatur tantum per fidei confessionem, ut caput totius Ecclesie constitatur.

115. Tertio D. Augustinus lib. 1. quaestionum Evangelicar. quaest. 2. Sic, inquit, non enim recessit ab eis Dominus, sed eos subductis navibus ad litus produxit, significans in bonis, & spiritualibus viris non esse oportere hanc voluntatem, ne peccatis imbarum commoti, quo quasi securus, tranquillisque vivant, manus Ecclesiasticum deserant. Aderat Petrus qui se peccatorem protestabatur, & navis periclitabatur submergi; & tamen Dominus in tanto periculo, nec deserit navem, nec nautas, Doctores ac Prælatos docens, quòd prætextu securioris tranquilliorisque vitæ, & incolunitatis non debent munus suum, commissolique sibi deserere subditos sed eis in ipsa tempestate assistere, eosque ad salutis perducere portum. Cùm Moyses videret Ægyptum percurrentem, injuriâque Hebræo facientem, ipsum interfecit, Exodi 2. num. 11. Quid agis, Moyses?

Prælatos subditos in periculo non deserat.

Nōne tibi notum est, quòd si Pharaon illud agnovit, tibi necessarium erit, fugere ad desertum, multas sollicitudines, ac labores querere: Quare ergo, cùm sis in solio regni illud contemnis, & tor, tantisque periculis te exponis? Agebatur, jam Moyses spiritu veri Præfulis, & ideo pro tuenda, conservandâque subditi vita omnem sollicitudinem, ac laborem nihil ducebat. Divus Basilius homil. 1. in Hexæmeron. Moyses, ait, tyrannidis fastum negligens profusus ad sua gentis contribules requirit eorum humilitatem complexus praelegit calamitates erumnâque cum Dei populo experiri, quàm ut temporali voluntate perfruitur se obnoxium redderet peccato. Vide supra cap. 3. num. 248. & cap. 5. num. 73. & infra c. 1. num. 60.

Prælatos subditos labores contemnat.

Basil.

QUESTIO XVIII.

Quare soli Petro dicatur: Eris homines capiens?

116. Aderant in hoc eventu Andreas, Joannes, & Jacobus, qui etiam erant homines piscaturi; & tamen Christus solum loquitur cum Petro, eique ait: Eris homines capiens. Cur hæc non dicuntur aliis, qui simili piscationi erant incumbendi? Ad hoc respondet primò Divus Antonius Ulyssipontensis serm. in Dom. 5. post. Trinit. sæpè citato. Hoc specialiter ad ipsum Petrum pertinet; ex hoc, quia fuit humilis, vita sua maculas erubescens, confessionem verecundia non reprimens, sed potius de cælo vultu remedium querens, eris homines capiens. Optimus gradus ad sublimia, humilitas ac peccatorum confessio: & quia inter omnes, qui aderant in navi, Petrus humiliatur, ad genua Christi procumbit, peccata sua cognoscens confitetur: Exi a me, quia homo peccator sum; ideo ei specialiter dicitur, Eris homines capiens; ac ad dignitatem Apostolicam esse eligendum, ei manifestatur.

116.

An. Ulyssip.

Confessio peccatorum gradus ad sublimia.

Secundò Carthusianus. Sicut Petrus, ait, se Christo singulariter humiliavit, sic meruit singulariter consolari ab eo, & ait ad eum: Eris homines capiens, ex hoc hujus tua obedientia, ac reverentia mihi exhibitâ stuporis, humilitatisque merito prædicator, & Apostolus effiteris. Solus Petrus magnum suum meritum erga Christum declaravit humiliando se, reverentiam exhibendo, ac prompta obedientia mandatis Domini obsequendo, ideo erga ipsum tam excellens donum declaratur, Eris homines capiens; ubi enim meritum se prodiit, ibi & honor præmii refulgete decet: & qui meritis est conspicuus, Domini mercede est condecorandus.

117.

Ubi meritum, ibi præmii.

Tertio Beda, Haymon, D. Antonius citatus, quod ante omnes docuit D. Augustinus lib. 1. de consensu Evangelistar. Ideo hoc peculiariter dicitur Petro, quia peculiariter ei promittebatur piscatio, qua piscaturus erat homines reti Evangelico, tanquam supremus piscator, ac rector totius navis Ecclesiasticæ. Et ideo Dominus magno mysterio navim Petri ingrediatur; jubet ei in altum ducere eam, laxare retia; & ei peculiariter dicitur, Eris homines capiens. Sic etiam specialiter ait Dominus Petro Matth. 17. num. 26.

118.

Beda. Haymon. An. Uly. August.

Vado

Cap. VIII. Vocantur Petr. & Andreas. 237

Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, &c. Aliis semel dicitur, Faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. n. 19. At verò Petro, tanquam supremo prælato, toties hæc obligatio repetitur, utpote ei maxime commendata, arque commissa.

mittentes rete in mare; erant enim piscatores.

VERSIONES.

Syriacus. Quumque iter faceret juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, &c. in mare retia projicientes.

Varablas. Pagn. Jacientes retia in mare. Arias. Vidit Simonem dictum Petrum, & Andream fratrem ejus, mittentes verticalam in mare.

ALTER TEXTUS.

Marci 1. n. 16. Et præteriens secus mare Galilææ vidit Simonem & Andream fratrem ejus.

EXPOSITIO.

119. PONITUR hæc, ut ait Cajet. miraculi effectus: nam omnes incolæ simul cum navibus, cùm essent appulsi ad terram; omnibus relictis, scilicet piscibus, retibus, navibus, mercantibus, ac locis, secuti sunt Christum. Qui Christum perfecte legitur, omnia dimittere debet, quæ possunt inservire, eique occasiones dare peccati. Deinde ne homo impediatur, ac detineatur ab ipsis rebus. Unde eleganter ait D. Bernard. super Ecce nos reliquimus omnia. Resse fecisti, Petre, qui currem sequi non poteris operatus, qui exaltavit, ut gigas ad curvandam viam. Et D. Anton. sæpè citatus, hoc confirmat exemplo parentis Eliæ. Manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis curriebat, 3. Reg. 8. n. 46. Manus Domini hoc est, gratia Dei facta est super Eliam, accinctis lumbis per castitatem, curriebat per pauperatam. Et ait Evangelista, Secuti sunt eum, hoc est, ob reverentiam cum eo iverunt ad publicanda Dei mirabilia, quamvis postea ad piscationem redeierint, ut notant Glossa, Bonav. Carthusianus, Hugo, & alij, quousque vocati sunt à Domino Matth. 4. Venite post me quia tunc immobiliter, ac individualiter cum Domino permanerunt.


119. Cajet.

Bernard.

An. Ulyssip.

3. Reg. 8.

Glossa. Bonavent. Carthuf. Hugo. Matth. 4.



CAP. VIII.

Vocantur Petrus, & Andreas.

Matth. 4. n. 18. Ambulans Iesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus,

EXPOSITIO.

PRIMUM adnotat hic Evangelista: tria circa personam Christi, quatuor circa Apostolos. Primò Christum ambulante. Secundò locum in quo ambulabat, juxta mare. Tertio quod ambulando egit. Quarto, quos vidit, duos fratres. Quintò, eorum nomina, Simonem & Andream. Sextò, Occupationem illorum, mittentes retia. Septimò, Conditionem, ac officium eorum; erant enim piscatores.

primò, Ambulabat Iesus, ut ait Albertus Magnus, non tam gressibus corporis, quam irradiatione, & gestatione sua illuminationis. Tanquam verus Sol, non in uno loco luce sua sisebat, sed per omnia diffundebat. Seu, ut ait Hugo, Ambulans Prædicatorum vocabatur ad ambulandum. Non sistentis, sed versans per loca, ut sui exemplo suos doceret ad iter agendam. Vel deambulabat formam agens meditabundi; non ratione sui, cui omnia sunt in promptu, ac præsentia, cùm in ipso sint omnes thesauri Sapientiæ & scientiæ Dei, sed in nostram eruditionem, ac instructionem ob rei gravitatem, quam aggrediebatur, in inimicis eligendis ac Apostolis ad tantum munus vocandis, ut nos in similibus præmeditemur.

Secundò, Juxta mare. proprie non erat mare, sed locus aquarum, quem Jordanis defluens, ac incidens in humiliorem locum, efficiebat. Tamen dicitur mare, ut observat D. Hieronymus Hieron. in quaestione. Hebraicis in Genesim; more Hebræorum, qui omnem congregationem aquarum mare appellabant. Lucas autem iste, ut colligitur ex Josepho de bello judaico lib. 3. cap. 18. in latine Josephi tudine continebat plusquam unam leucam, longitudine verò leucas tres superabat. Aquæ erant dulces, abundabant magna multitudine, ac varietate piscium Lacus varia habebat nomina ab oppidis, circa quæ defluebat, ut notat D. Pascha. Paschasus lib. 3. in Matth. Dicebatur lacus, seu mare Galilææ.

Albert. Mag. Christus omnia illuminationis.

Hugo. magna præmeditari.

Quale est mare Galilææ.

Paschasus.



Galilæa, quia in Galilæa, erat. A D. Luca 5. n. 1. appellatur stagnum Genesareth, à regione propinqua Genetar. A Joanne 6. num. 1. dicitur mare Tiberiadis à civitate Tiberiades vicina. Tertio, vidit, non fortuito & casu sed ex industria conquisitos; nam propter ipsos venit ad mare, & vidit eos; ut aiunt Chryostomus in imperfe-

Chryost. Hugo. Dens videt, non secundum faciem, sed secundum cor. Robert.

4. Theoph.

Cur Petrus prior nominatus.

Beauxm.

5. Paschaf. Quid significat Simon & Andreas.

Prelatus sit obediens legi Dei.

Matth. 16. Paschaf.

Chryost.

Ioan. 1.

Chryost.

QUESTIO I.

Utrum Petrus, & Andreas multipliciter fuerint vocati à Domino? Et agitur de concordia Evangelistarum in hac materia.

6. Varias vocationes Petri, & Andree, videntur scribere sacri Evangelistæ. Nam, primò Marcus 3. num. 13. & Lucas 6. num. 13.

videntur significare, omnes Apostolos simul fuisse vocatos. Secundò Joannes, 1. numero 40. & 41. quòd postquam Baptista dixit de Christo praterente, Ecce Agnus Dei, & audierunt Baptistam duo ex discipulis ejus, & secuti sunt Dominum Jesum. Et ait Evangelista citatus: Erat autem Andreas frater Simonis unus ex duobus, qui audierunt à Joanne, & secuti fuerant eum. Et Andreas adduxit fratrem suum Simonem ad Christum, quem intuis Dominus, dixit: Tu es Simen filius Jona, tu vocaberis Cephas, quòd interpretatur Petrus, Matthæus vero, & Marcus hoc scribunt eos vocatos juxta mare Galilæa à Christo deambulante quatuor. Lucas cap. 5. num. 1. & 10. narrat Petrum vocatum à Christo, non praterente, sed in navicula Petri concionante post captam copiosam piscium multitudinem.

Quantum ad primam parva est quæstio de designatione Apostolorum: quia ibi vocati non sunt ut Christum sequerentur, sed ut Apostoli fierent. Et ita ait D. Lucas cit. cap. 6. n. 13. Vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. Ac proinde jam in Christi societate erant, & hic Apostoli tantum nominati, & declarati fuere.

Quoad alias vocationes est quæstio, & aliquantulum difficilis. Sunt, qui putent, semel tantum fuisse vocatos Petrum, & Andream; ut refert D. Paschafius lib. 3. in Matth. Et dicunt, quòd hujusmodi vocatio narratur à Joanne, c. 1. num. 40. Et facta fuit post testimonium Baptistæ. Et inquit, quòd hic iterum per capitulationem scribitur.

Secundò D. Paschafius lib. 3. in Matth. ex aliorum placito refert, unam, & eandem esse vocationem Matthæus, & Marcus hic scribunt, ac illum, quam Lucas narrat cap. 5. Eandem sententiam sequitur Abulensis hic quæst. 96. Jansenius, & alij Tertia sententia est tres fuisse vocationes. Ita docet D. Thom. hic. primo vocati fuerunt ad Christi familiaritatem, Ioan. 1. n. 40. Secundo discipulatum. Luc. 5. num. 10. Tertio ut totaliter Christo adhererent. Matth. & Marc. hoc loco. Et tres fuisse petri vocationes tradunt Beda, Haymon. Albert. Mag. Carthuf. Hugo. Lyran.

Breviter dico, quòd sentio primò, Vocatio illa, qua Andreas venit ad Christum Ioan. 1. n. 40. omnino diversa est ab ea, quam Matthæus hic proponit. Probatur, quia eo loco Andreas secutus est Christum ex testimonio Baptistæ in Jordæa juxta ripas Jordanis: hæc vero vocatio hic contigit secus mare Galilæa. Illa facta fuit ante incarcerationem Joannis; hæc postquam missus est in carcerem. In illa Andreas secutus est Dominum, & mansit apud eum die illo, Ioan. 1. n. 39. at hic permanenter Domino adhæsit. Immo, ille accessus ad Christum de quo Joannes mentionem facit propriè non fuit vocatio, ut ait Maldonatus, sed vocationis præparatio. Nec in ipso Joannis textu invenies quòd petrus, & Andreas vocati fuerint à Christo vocatione externa ad sui sequelam, verbi gratia: Venite post me, vel, Sequimini me: aut quòd eis dixerit aliud simile verbum. Sed Andreas audiens testimonium Joannis secutus est Christum cum alio ipsius Joannis discipulo, qui à Christo interrogaverunt, ubi habitabat, qui dixit eis: Venite, & videte

Variæ vocationes Petri, & Andree.

71

Luc. 6.

8.

9.

Abulens.

Jansen.

S. Thom.

Bedæ.

Haymon.

Albert. Mag.

Carthuf.

Hugo.

Lyran.

10.

Vocationes quas Joannes, & Matthæus scribunt distinctas.

Maldon.

Chryost.

Alb. Mag.

11. Luca, & Matthæi distinctas historias.

12. Petrus, & Andreas semel vocati ad Dominum sequendum. August.

Tolet.

13. Ioan. 1. Ratio difficultatis.

14. Accommodandum temporis, ac loco.

Matth. 4.

videre, scilicet locum habitationis ut notat Chryostomus homil. 17. In Ioan. postea Andreas ad Christum adduxit fratrem suum Simonem Petrum. Et ex hoc loco Apostoli intimam cum Christo habuerunt familiaritatem, Unde peroptimè ait Albertus Magnus, quòd hic Apostoli Petrus, & Andreas primò vocati sunt ad Christi familiaritatem testimonio Joannis.

Secundò tenendum est, distinctas esse historias, quas Lucas cap. 6. & Matthæus hoc loco narrant, ut dixi cap. superiori quæst. 1. Nam Lucas eo loco commemorat admirabilem Petri piscationem, & nullam Andree mentionem facit: nec aliquid ponit verbum vocationem exprimens, ut clariùs dixi loco citato; sed solum quòd petrus secutus est Dominum.

Tertio tenendum, Petrum, & Andream semel vocatos fuisse à Christo vocatione externa ad eum sequendum. Et est hoc loco, quò scribunt Matthæus, & Marcus dum eis dixit: Venite post me. At illi reliquis rebus secuti sunt eum. Ita docet D. August. lib. 3. de consensu Evangelistar. c. 17. Probatur ex dictis. Deinde, quia præclarissima duo Apostolica lumina, si toties dicantur vocati, parum videntur obsequi Domino vocanti, cum multos Apostolos ad primam Christi vocem omnia reliquisset, & Dominum fuisse secutos, legamus, ut sacer textus narrat de D. Matthæo, Dixi, vocatione externa; quia interno impulsu, certum est, motos fuisse à Spiritu sancto, dum Ioan. 1. n. 40. ad Christum accedunt. Si quidem omnis motio, conduens ad vitam æternam, ab ipso provenit. Nos autem loquimur de vocatione externa, ut notat Toletus cap. 1. Ioan. annot. 77. Et hæc sententia manifestè patet ex dictis cap. superiori quæst. 1.

QUESTIO II.

Quare Dominus modo vocet Andream, & non antea elegeris, quando ipsum fuerat secutus?

EX adducto cap. 1. Ioan. num. 37. quæst. superiori liquet, quòd cum Baptista de Christo præberet testimonium: Ecce Agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum. Erat autem Andreas unus ex duobus, qui secuti fuerant eum, ibidem n. 40. Quæstio ergo præsens est: Cur Andream Dominus tunc ad suum Apostolatum non elegit, sed solum ad suam familiaritatem, ut dixi superiori quæst. cum in hoc Matthæi loco eum esset electurus? Cur Andreas, valdè promptè ad Dominum veniens, ad Apostolatatum non admittitur, cum postea totus in suo negotio occupatus notandus esset?

Respondeo primò, Ex his, quæ dicam quæst. sequenti, Christus Dominus, ut optimus noster magister, maxime se accommodabat, ac condescendebat temporis, & occasioni: & ad ripas Jordanis, de quo Joannes agit cap. 1. adhuc Dominus non prædicabat, sed modò in Galilæa incipit publicè divino verbo insonare, & docere, ut scribit Matthæus hoc cap. 4. n. 17. Et tunc testes fidelissimos, ac magnos ad Verbi

ministerium operarios Dominus ad se vocat. Vide de contextum Matthæi: Capiti Jesus prædicare, Penitentiam agite: ambulans juxta mare Galilæa vidit duos fratres, &c.

Secundò, Magnum exemplum nobis præbet benignitas, & civiltas nostri Salvatoris. Andreas erat Baptistæ discipulus, qui frequenter ei assistebat, dum ipse prædicabat, ac baptizabat; & testimonio Joannis venit ad Jesum. Et quam Andreas in hoc ad multo meliorem sortem tran-

18.

Amicus curare debet, ut sibi ministri stratus deservat, ut amicus

ut sibi permanenter adhereret, ne magistrum suum Joannem in ministerio suo deserere videretur. Sed postquam ipse Joannes esse incarcerationis, & cessavit prædicare ac baptizare, tunc ad Apostolatatum Christus ad se vocat Andream, ut eum eo immobiliter persistat. Quahò Andream cum illo alio Joannis discipulo venit ad Christum, atque ad hospitium, in quo Dominus habitabat, ait sacer textus Ioan. 1. n. 39. Venerunt, & viderunt, ubi maneret, scilicet Christus, & Joan. 1. apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Dum dicitur hora decima, intellige ab ortu Solis; nam Judæi ab ortu Solis usque ad occasum per duodecim horas numerabant diem. Sed cur sacer Evangelista advertit, quòd erat hora decima? Maldonatus. Reddu rationem, quare die illo a se Christum mansissent: ad Joannem præcepto enim suum reverissent, quia inclinata iam in occasum dies erat, neque satis restabat tempus ut redire possent. Dum hora diei scribitur, insinuat, quòd ideo Domino permittere per eam noctem ibi commorati sunt, ac à Magistro suo Joanne devincti, quia tempus locum non dabat, ut ad eum accedere possent.

Maldonatus.

Non patitur Dominus, ut Joannis discipulus magistrum suum deserat.

16.

Tertio Inscrutabilis est Dei sapientia, & decori nostro maxime consulens. Andream ad se juxta fluentem Jordanis properantem, non recipit ad Apostolatatum, ut dixi superiori quæst. sed simul dum ipse, & frater ejus Petrus in Galilæa litore ad sunt, eos ad se advocat, & allicit; immò oculis priùs aspexit Petrum, ut dixi in expositione. Decretum erat Dei consilio, ut Petrus ad supremum Christianæ Reipublicæ apicem sublimaretur. Si ergo Andreas juxta Jordanis ripas ad Apostolatatum esset admittis, & postea frater ejus junior vocatione, religione, ac ætate ei anteponebatur, poterat aliquis cogitare, quòd antiquior Andreas aliquantulum devenustabatur; ne ergo hujusmodi suspicio alicujus veniat in mentem, Andreas velocissimè ad Christum maturans, ad Apostolicum ordinem non admittitur, sed cum fratre suo simul recipitur, ne verò antiquitate, ac meritis insigni recens aliquis præponi videatur.

Mortuus Jacob ait filiis suis: Congregamini, ut ammannem, qua ventura sunt vobis in diebus novissimis, Genes. 49. numero 1. filios suos incipiendo à Ruben per ordinem benedixit. Merito considerat Origenes homil. 17. quòd in sacra Scriptura varius est ordo in numerandis his Patriarchis, ut in ingressu in Egyptum Exod. 1. n. 1. Vel dum numerantur ad bellum, Numer. 26. à n. 5. Vel dum terra promissionis inter eos distribuitur, ut patet Josue à cap. 13. & sequentibus. In his autem narrationibus, secundum suam antiquitatem non describuntur. Tamen hoc loco sanctus Jacob ordinem ætatis servat, ut notat D. Chryostomus homil. 67. in Genes. Congregamini

17.

Origen.

Chryost. pu eris